

Kennzahl: _____

FRÜHJAHR**62410**

Kennwort: _____

1992

Arbeitsplatz-Nr.: _____

Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen**- Prüfungsaufgaben -**

Fach: Latein (vertieft studiert)
Einzelprüfung: Übersetzung Latein/Deutsch
Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): 1
Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: 2

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Seneca Lucilio suo salutem.

In ipsa Scipionis Africani villa iacens haec tibi scribo, adoratis manibus eius et ara, quam sepulchrum esse tanti viri suspicor. animum quidem eius in caelum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit (hos enim et Cambyses furiosus ac furore feliciter usus habuit), sed ob
5 egregiam moderationem pietatemque, quam magis in illo admirabilem iudico, cum reliquit patriam quam cum defendit. aut Scipio Romae esse debebat aut Roma in libertate. 'nihil' inquit 'volo derogare legibus, nihil institutis; aequum inter omnes cives ius sit. utere sine me beneficio meo, patria. causa tibi libertatis fui, ero et argumentum: exeo, si plus quam tibi expedit crevi.'
10 quidni ego admirer hanc magnitudinem animi, qua in exilium voluntarium secessit et civitatem exoneravit? eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni

Fortsetzung nächste Seite!

aut Scipio libertati faceret iniuriam. neutrum fas erat; itaque locum dedit legibus et se Liternum recepit tam suum exilium rei publicae inputaturus quam Hannibalis.

- 15 Vidi villam exstructam lapide quadrato, murum circumdatum silvae, turres quoque in propugnaculum villae utrimque subrectas, cisternam aedificiis ac viridibus subditam, quae sufficere in usum vel exercitus posset, balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua: non videbatur maioribus nostris caldum nisi obscurum. magna ergo me voluptas subiit contemplantem mores Scipionis ac
20 nostros: in hoc angulo ille

'Carthaginis horror',

- cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluerat corpus laboribus rusticis fessum. exercebat enim opere se terramque, ut mos fuit priscis, ipse subigebat. sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pavementum tam vile sustinuit: at nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi
25 parietes magnis et pretiosis speculis refulserunt, nisi vitro absconditur camera, nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exsaniata demittimus. et adhuc plebeias piscinas loquor: quid cum ad balnea libertinorum pervenero? In hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis quam fenestrae muro lapideo
30 exsectae, ut sine iniuria munimenti lumen admitterent; at nunc balnea totius diei solem fenestris amplissimis recipiunt, ut et laventur simul et colorentur, ut ex solio agros ac maria prospiciant. hoc loco dicet aliquis: 'non invideo Scipioni: vere in exilio vixit, qui sic lavabatur. liquet mihi immundissimos priscos fuisse.' quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum.

Hinweis zu Z. 27: exsaniata 'entschlackt'

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Z. 13f. ...tam suum exilium rei publicae inputaturus quam Hannibalis.

- a) Welche Funktion hat das Partizip Futur in diesem Kolon?
- b) Wie würde der in diesem Kolon enthaltene Gedanke als vollständig ausgeführter lateinischer Satz lauten können?

2. Z. 20f. Roma ... tantum semel capta
Welches Ereignis ist hier gemeint?

3. Z. 28 balnea libertinorum
Nennen Sie aus der lateinischen Literatur sonstige Beispiele für Kritik am Lebensstil von Freigelassenen!